

plicabilibus sub eadem specie, eo quia caret materia, nec esse possunt adus informantes materiam. Alii vero hanc opinionem tenent esse problemem in rebus materialibus, quia re vera in ipsis materia est causa, & ratio, quia multiplicari possunt individua, licet substantia spirituales aliunde multiplicari possint, quem dicens modum ex Recentioribus sequitur Averſa quæst. 9. sect. 6. concl. 3. quod probat, quia pluribus in locis expressè significavit Arist. materiam in his inferioribus esse principium multiplicationis individuationis; non enim reddē Scotus (inquit) 2. d. 5. qu. 6. §. Ad questionem quintam, tentavit explicare per materiam debere intelligi ipsam individualem differentiationem, quia satis manifestè apparet in textu, Arist. intellexisse materiam physicam, ut verè, & propriè ipsum nomen materiam sonat. Probat etiam ratione, quia intantum multiplicari possunt plura, & plura individua in rebus materialibus, in quantum materia ex natura sua habet plures partes, & potest dividi in plures portiones, in quibus plures formas recipere queat. Et in tantum forma ipsa multiplicari potest, in quantum habent materiam copiam, ac etiam animae racionales per ordinem ad materiam idem multiplicari possunt, quia ex parte materiae esse possunt plura corpora, sic ergo materia est causa, ut individua multiplicari possint.

Ceterum materiam non esse principium radicale multiplicatae individuationis luculenter ostendit Doct. quol. 2. art. 1. ut enim esset tale principium, nedum ipsa deberet esse multiplicabilis esse in diversis portiones, sed etiam deberet esse ratio multiplicatae formarum, tam substantialium, quam accidentalium, ut etiam Thomistae ipsi concedunt, qui ex hoc capite eam ponunt radicem omnis individualis multiplicatae in rebus materialibus; sed hoc est falsum, ut ibi solitè probat Doct. & ostensum est supra ex instituto quæst. 8. Tum quia multiplicatio individualis formae haberi potest sine multiplicatione individuali materiae, nam etiam naturaliter loquendo potest eadem numero materia sub diversis numero formis successivè reperiri per varias mutationes; ergo materia non est radix multiplicatae individualis absolute loquendo. Tum quia adhuc minus consequenter loquuntur Auctores illi, qui materiam volunt esse in materialibus præciam radicem multiplicatae individualis, & postea adhuc talem admittunt multiplicatam in substantiis spiritualibus; nam in causis præcis si affirmatio est causa affirmacionis, negatio quoque est contra est causa negacionis, si ergo materia est radix præcisa pluralitatis individualis, ubi non est materia, neque talis multiplicatae admitti poterit, unde in hoc magis consequenter loquuntur Thomistae, qui cum id asserant, consequenter negant, substantias separatas posse numero multiplicari. Conſim. quia si natura materialis, & formalis conveniunt in effectu individualis multiplicatae, etiam in ejus radici convenire debent, quia idem effectus formalis non habetur nisi per eandem causam formalem, & eadem passio ubique ponatur, semper eandem habet radicem, à qua promanatur; aut ergo materia ponit debet in omnibus naturis sic multiplicabilibus, tanquam præcisa causa, & radix ejusdem passionis, aut in nullis ad consequenter loquendum.

189 Dicendum igitur est cum Doctore loc. cit. & 2. dist. 3. quæst. 1. & 7. quod vel sit fermo de multiplicatione actuali, vel de aptitudinali, seu multiplicabilitate, si sit fermo de actuali multiplicatione, natura actualiter multiplicatur per differentias individuales ipsam dividentes, & contrahentes, quia ista sunt prin-

cipia formalia individuata materiam; si vero sit fermo de multiplicata aptitudinali, cum hac sit passio ipsius naturae creatae, radix ejus ex parte ipsius naturae est assignanda, & est hæc, quod individuat non sit de essentiali natura, statim enim ac natura creata concipitur esse non de se, hæc, seu non in suo conceptu includere singularitatem, tunc etiam concipitur esse de se multiplicabilis, & per varias differentias contrahibilis; quod quidem probari potest tum à contrario, tum à consimilibus Doctore loc. cit. à contrario quidem, quia idem natura divina non est multiplicabilis in plures naturas consimiles, quia est de se hæc, & in suo intrinseco conceptu singularitatem includit, ergo est contra quia natura creata non est de se hæc, nec in suo conceptu intrinseco claudit singularitatem, idem de se multiplicabilis est in plures naturas consimiles, & hæc est proxima radix talis multiplicabilitatis; probatur etiam à pari de natura generica, quia formalis causa suæ multiplicationis specificæ sunt ipsæ differentiae specificæ illam dividentes, & contrahentes, causa vero radicalis suæ multiplicabilitatis est ipsa essentialis, quatenus in se, vel in suo intrinseco conceptu differentias specificas non includit, nam conceptu, quod in suo conceptu quiddativum determinationem specificam non includit, remanet de se indifferens ad determinari specificè per varias differentias essentialis, ergo pariter in proposito, quia natura specificata non includit in suo quiddativo conceptu individuales differentias, remanet ex se indifferens ad quocunque determinationem ejusdem rationis, quod est esse multiplicabile numero, & individualiter; & hæc quoque sententiam de radice multiplicatae individualis tenet Pasquallig. disp. 44. sect. 2. quavis ibi Scotum non memoret, qui tamen fuit ejus præcipuus Auctor, quod est commune vitium Recentiorum, Vt reses sub silentio præterierint, ut novæ doctrinae habeantur Auctores.

190 Auctoritates vero Arist. quæ frequenter solent adduci pro Thomistarum sententia, iam explicatae sunt supra quæst. art. 1. à num. 37. & seqq. & saltem est, quod avertit Averſa Scot. omnes illas interpretari de materia prodividuali differentia, quamdam enim ita exponit, quia re vera de materia sic accepta loquitur Arist. colligitur ex ipso contextu, alias vero, ubi loquitur de materia parit, & physica, alio modo exponit, nec ullam auctoritatem extorquet, ut loc. cit. cumulata ostendi. Neque etiam ratio ab eodem adducta est aliquid momenti, materiam namque non esse causam multiplicatae formarum satis constat ex dictis supra qu. 8. sed sicut in materia non assignatur alia radix extrinseca individualis multiplicationis, quia est de se, & ab intrinseco suo multiplicabilis, ita neque debet assignari in forma, sed ipsa quoque ab intrinseco multiplicabilis poni debet, sicut universaliter quilibet natura creatæ, tam completa, quam incompleta, constat etiam ex dictis quæst. 6. & 7. non esse radicem multiplicatae individuationis, nisi quatenus est principium intrinseco eorum constitutum physicè, quatenus, scilicet compositum hoc constare ex hac materia, & illud ex illa, quia etiam ratione forma dici potest radix multiplicatae eorum, cum enim ambæ sint partes physice compositi naturalis, sicut hæc nequeunt consistere sine materia, & forma, ita sine ipsis multiplicari nequeunt, ut enim multiplicatum, opus est ut multiplicetur totum, & integrum esse eorum, atque idem materiam, & formam, ex quibus constent, ex quo capite non magis concludi potest radicem individualis multiplicatae esse materiam, quam formam.

tiarum; verum tamen est, quod substantia hoc modo sumpta accidenti contraposta non dividit ens finitum, sed ens transcendens eorum captum, ut dixi disp. 7. Metaph. quæst. 1. num. 24. ut est commune Deo, & creaturis, quavis autem de substantia creata præcipue in hac disp. sit fermo, & ut est pars subiectiva ens finiti, ut modo dixi in præfatione ad Disputationem, tamen quia substantia ipsa creata per rationem, quia distinguitur movente, convenit cum substantia increata, rationabiliter moventur quæstio de substantia, ut est utrique communis, hoc enim præmodo sumpta substantia adequatè distinguitur ab accidente. Hæc substantia apud antiquiores non multum viguit, omnes namque potius supponisse videntur, quam probasse substantiam, & accidens differre per aptitudinem, vel ineptitudinem ad inherendum, formaliter, vel saltem radicaliter sumptas, non ulterius inquirentes quid hoc ipsum importet inherere, vel non inherere subiecto.

subiecto; ac apud Recentiores res esse accerrimè controversa, ut esse videtur apud Hurta disp. 10. Met. sect. 2. Ovied. controv. 6. Metaph. punct. 1. Averſ. qu. 17. log. sec. 1. Ponc. disp. 12. log. qu. 1. Meurſi lib. 3. Metaph. quæst. 1. & Ariag. disp. 4. Metaph. sect. 2. ubi dicere non vetetur, nec hæc esse est difficilioribus totius Philosophiæ ab antiquioribus vix ita tam, & à Recentioribus nondum explanata.

Omnes in hoc convenire videntur, quod esse per se, sive perfectas ratio formalis constituit substantia, sicut est contra eis in alio, seu finalitas est ratio constitutiva accidentis, sed quamvis, inquam, omnes in hoc conveniant, adhuc tamen Meurſi quæst. 2. citat. in fine ait, se non audere determinare, an ens per se sit ratio quiddativa substantiæ, immò potius suspicari non esse, eò quia Doct. a. dist. 12. quæst. 1. ad argumenta principalia eodem modo philosophat de per se respectu substantiæ, ac de in alio respectu accidentis, & tamen non sentit in alio esse de ratione quiddativa accidentis eam in d. 3. qu. 2. & d. 22. qu. 1. & docet nos non posse pro hoc statim habere conceptum quiddativum de substantia; Hoc tamen removere nos non debet à sententia communi, quia non est eadem ratio de esse per se, & esse in alio, nam finalitas de suo formali conceptu dicit respectum, sive actualem, sive aptitudinalem accidentis ad subiectum, cui inest, vel inesse potest, & idem bene inquit Doct. a. loc. cit. non posse esse absolute abolutum per tale respectum in suo esse quiddativum constituit, qui respectus nunquam per se includitur in ratione absoluti, & per perfectas non dicit ullum talem respectum, immò ex vi nominis quocumque tali prædicendi, & idem non currit eadem ratio de per se in ordine ad substantiam constitutam, & de in alio respectu accidentis; & si eodem modo philosophatur, id erit si perfectas accipitur pro quadam ineptitudine ad inherendum, quod sit quadam respectu transcendentali in substantia, veluti opposita aptitudinis accidentis ad inherendum, in quo uti glisse currit eodem modo rationem, constitutum substantiæ eadem de sumptam non posse esse rationem constitutum substantiæ eadem ratione, quia accidentis absolute non potest consisti per in aliteram, ut postea dicemus; Quando autem Dod. 1. dist. 3. qu. 3. & dist. 22. qu. 1. dicit pro statim ista conceptum quiddativum substantiæ haberi non posse, verum dixit, quia non nisi mediantibus accidentibus illam venari possumus pro statu ipse dixit disp. 6. An q. 6. art. 2. neq. hæc nos prætermittimus assignare nandum, & purum quiddativum substantiæ conceptum, sed solum rationem illam, quæ proximam, ac intimam attingitur, & circumſcribitur, & hæc cum communi dicimus esse perfectatam, sed dubium est, quomodo explicari debeat ita perfectas, ut nobis proximam quiddativam substantiæ insinuare possit, & hæc est status propozita quæstio, circa quam sunt variis modi dicendi, quos fingit referre, & examini hæc intendimus, ut probabiliorem inveniamus.

Primo Socin. 4. Met. qu. ad 2. & qu. 29. ad 7. & clarius 5. Met. 24. perfectatam substantiæ constitutum hæc esse puram negationem esse in alio, & idem ait modum constitutum substantiam, eniq. determinat ad illam, esse statim negationem, unde inquit, quod licet ens quiddativum includatur in substantia, non tamen in eo, per quod contrahitur ad conceptum substantiæ, quia id solum est quedam negatio, quam circumſcribitur hæc voce per se. Hic dicendi modus passim ab omnibus reicitur, ut prius irracionabilis, quem relataſſe recorderi disp. 7. log. qu. 1. art. 1. ab initio, & disp. 2. de natura entis q. 6. art. 2. nu. 167. Sed præter ibi dicta de quo reicitur, quia hoc ipsum quoque de in alietate accidentis constitutum asseri potest, quod scilicet dicat puram negationem existendi in se, & per se, atq. ita præter rationem entis nihil aliud erit positum in toto ordine entium, quod est patentissimum absurdum; Tum quia si concedatur ad hoc evitandum absurdum, in alietate dicere in accidentem rationem positivam, potiori ratione ipsiusdem de substantia concedi debet, quod sub ratione substantiæ perfectior est accidente, quod si non concedatur, concedendum erit accidens esse perfectius substantia, quod est absurdum non minus evidens priori. Tum quia si substantia, & accidens in vicem comparentur, sicut positivè conveniunt in ente, si etiam positivè propriis rationibus differunt, ergo per aliquod positivum substantia constitui debet in tali esse substantia, per quod positivè differat ab accidente. Nec refert, quod solent perſicatas explicari per negationem essendi in alio, vel in subiecto ad modum accidentis, quia etiam est contra solent finalitatis explicari per negationem existendi, & per se; neque novum est soleri differentias rerum constitutas per qualdam explicari negationes concomitanter ipsas, veluti nobis notiores, sicut enim brutalitas, quæ est differentia positiva brutorum constitutiva explicatur, per irracionabilitatem, quæ est rationalitatis negatio, spiritualitas, quæ est differentia positiva substantiarum spiritualium constitutiva, explicatur per immaterialitatem, & incorporeitatem, quæ sunt negationes negationem finitatis, & corporeitatis infinitatis positiva Deī perfectio per negativum finitatis, & sic passim fit de aliis differentis nobis ignotis. Et licet concedamus substantiam non includere formaliter, & quiddativum substantiam positivum illud, quod ens contrahit ad constitutum substantiam, non includere formaliter, & quiddativum rationem ipsam entis, quia nunquam determinativum alicujus generis, vel superioris formaliter includit illud; non tamen sequitur esse purum non ens, vel puram negationem, quia includit

ens, saltem realiter, ut explicatum est disp. 2. c. de natura entis q. 6. art. 2. tenendum ergo est cum communi perfectatam constitutam substantiæ rationem positivam importare, in qua continetur ratio quoque ipsa entis, vel formaliter, ut volunt Thomistæ, vel saltem realiter, & identicè, ut ajunt Scotistæ.

Secundo explicaverunt alii perfectatam substantiæ constitutam per respectum formalem inaptitudinis positivè ad inherendum, qui sic transcendentalis, eo quia per se, opposita respectum aptitudinalis inherentiæ constituitur accidentis. Hunc dicendi modum meritò, rejicit Ponc. loc. cit. quia substantia est essentialiter quid absolute nullum autem absolute essentialiter constituitur per relativity, quia tunc essentialiter esset ad se, & non a se ad aliud, & non ad aliud. Tum quia omnis talis respectus ad inherendum, sive illi inaptitudinis, sit datur in substantia, per modum proprietatis, & eidem rationibus probat Jod. 4. d. 12. q. 1. neq. accidens posse essentialiter constitui per respectum aptitudinalis inherentiæ, ut dixit, seu videtur. Hinc inferret Ponc. concl. ult. perfectatam substantiæ constitutum optimè explicari, ut sit illud positivum, ad quod sequitur formaliter inaptitudo ad inherendum, sive illi inaptitudo sit quid positivum, sive sola negati; quod probat, quia re vera ad constitutum substantiæ sequitur illa inaptitudo, & ad nihil aliud sequitur, & nequit melius explicari illa perfectas, quam sic. Conſ. quia eo ipso, quod concipimus advenire enti aliquod positivum, ad quod sequitur, taquam ad radicem formalem, talis inaptitudo, non intelligendo aliquid aliud, intelligimus, quod constitutum ex ente, & tali positivo fit quid per se substantis, & eo ipso possumus ipsum distinguere ab omni accidente; ergo sic bene explicatur perfectas constitutiva substantiæ.

Ceterum nec etiam hic posterior modus dicendi satisfacit, licet enim verum sit perfectatam substantiæ constitutum consistere in radice, seu principio existivo inaptitudinis ad inherendum, sicut est contra essentialitatis accidentis consistit in radice, seu exigentia opposita aptitudinis; attamen non explicatur adhuc, quid dicat hæc actualis, vel aptitudinalis inherentiæ in accidente, quid dicat opposita inaptitudo in substantia, & tamen in hoc puncto consistit tota hujus quæstionis difficultas, nam quomodo concipitur hæc inherentiæ accidentis per dependentiam eius ad subiectum, videtur etiam convenire formis substantialibus materialibus, quæ sunt in materia, tanquam in subiecto, & ab eis in suo esse, & fieri dependent, non minus, quam ipsæ accidentales formæ, ut ex dicendis patet, prius ergo explicandum venit, quid dicat aptitudo ad inherendum, in accidente, & opposita inaptitudo in substantia, atque per radicem talis inaptitudinis essentialitatis substantiæ explicemus, & præmissa tali explicatione inhesionis, vel non inhesionis, tunc utique concedo, quod per radicem inaptitudinis ad inherendum optimè explicabitur essentialitas substantiæ, & per radicem opposita aptitudinis essentialitas accidentis. Conſ. quia si dicamus, q. essentiam quantitatis consistit esse in radice, vel principio existivo extensionis, vel divisibilitatis in propria quantitate, an scilicet sit divisibilitas in partes entitativas, vel solum quantitativas, unde absolute dicendo, quod essentialitas quantitatatis consistit in radice divisibilitatis non bene explicat eius essentialitatem, si etiam in proposito discurrendum est de radice inaptitudinis ad inherendum, in qua ponitur consistere essentialitas substantiæ, ut distinguitur ab accidente.

Tercio, alii sequentes præfatum dicendi modum, ut adhuc magis rem explicent, declarant rationes inhesionis, & non inhesionis per dependentiam, ac independetiam à subiecto, adeunt per talem dependentiam, vel independetiam, aut saltem per principia earum existiva ab invicem quidditative leccantur substantia, & accidens, & unum per dependentiam, & aliud per independetiam à subiecto essentialiter constituantur. Sed re vera hoc non est sufficiens discrimen inter substantiam, & accidens, quia omnis forma substantialis materialis in omnium seræstrum canatur materialiter à subiecto, atque idem ab eo dependet in suo esse fieri, & conservari, non minus, quam accidens à subiecto, quantitas v. g. vel qualitas, ut dictum est disp. 2. Physiq. qu. 7. art. 2. ergo etiam formæ substantiales saltem materiales erunt in subiecto per inherentiæ, non ergo ex hoc capite possunt differre substantia, & accidens, siquidem, utriusque est commo unis inherendi conceptus. Respondentaliqui non eodem modo formam substantiales materiales à materia pendere, sicut accidentales, quia illæ verè pendunt ab ea, ut à subiecto educationis, illæ verè pendunt à materia, ut à conditione necessaria ad eam fieri, & conservari, & idem accidentales verè dicuntur inherere subiecto, non autem substantiales. Contra, quia ita impossibile est naturaliter loquendo formam substantialem materialem esse, vel fieri sine materia, sicut formam accidentalem esse, vel fieri sine subiecto; ergo aequalis hæc indè videtur indigentia, ac proinde dependentia à subiecto, tum quia assignanda est ratio, cur forma substantialis subiectum exigit solum, tanquam conditionem, & per eandem rationem aliquid quoque idipsum poterit de forma accidentali, quod nempè à subiecto non dependeat, nisi tanquam à conditione, quia aequalis hæc indè cernitur exigentia.

Quarto, alii sic rem explicant, quod esse in subiecto per inhesionem est esse in alio, cum quo non fit unum per se, sed per acci-

DISPUTATIO XI.

De Substantia, ejusque Subsistentia.

Metaphisici esse substantiam, & accidens secundum se considerare, dictum est ab initio hujus Operis disp. 1. quæst. 1. & 2. & versus præcipuum divisionem ens finiti esse in substantiam, & accidens, dictum est ab initio hujus secundæ Tomi disp. 7. quæ postea per varia predicamenta distribuuntur; & quia de eorum gradibus communitur, & particularibus, per quos lineam predicamentalem constituunt, hætenus disputatum est cumulate; remanet, ut in sequentiibus disputationibus naturam, & essentialitatem ipsius substantiæ, & Accidentis præsentemus, de quibus agit Metaphisicæ, ut de præcipuis partibus subjectivis ens finiti, & quia substantiam inquit Philosophus 7. Metaph. ab initio esse à toto genere accidente priorem, prius de substantia, ejusque Subsistentia tractabimus in præsentis disp. postmodum de accidente, & quæ inherentiæ in sequenti.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit substantia, prout ab accidente distinguitur.

Ut ex titulo quæsti constat, non accipitur hic substantia pro eo, quod est summum genus predicamenti substantiæ, & conceptus solummodo illis, de quibus hoc summum genus predicatur in quid, quid enim sit substantia in hoc sensu explicatum est ex instituto disp. 7. Log. qu. 1. art. 1. dum sensum predicamenti substantiæ constituerent, sed accipitur pro eo, quod à toto genere opponitur accidenti, sive sit finitum, sive infinitum, sive completum, sive incompletum, quo pacto sub nomine substantiæ comprehenduntur Deus, Angeli, composita substantialia, materia, & forma substantialis, eorum partes, & omnes denique differentia, & modi, & proprietates harum substan-

accidens, & hinc est, quod forma substantialis, licet sit in subiecto, & a subiecto materialiter dependeat, non tamen dicitur esse in eo per inhesionem, sed per simplicem informationem, quia cum materia unum per se constituit, & certe rem ita explicite videtur Scot. ipse quolibet. g. ab initio. *De secundo*, ubi dicit, quod substantia dicitur ens per se propter distinctionem contra ens in alio, & sic per se ens est idem, quod non inherens subiecto non tantum composita, & hoc modo quocumque subiecto non tantum composita, sed etiam materia, & forma est ens per se, quia forma substantialis licet sit in materia informando, non tamen inherendo, quia inherendo dicitur non per se informare, quia inherens nec est actus simpliciter, sed actus secundum quid, nec cum illo cui inhaeret, facit, per se unum, opposita conveniunt ei, quod per se informat, ita Doctor loc. cit. At neq; hoc satisficit, quia prius est forma in se esse substantiam, vel accidens, quam constituitur unum per se, vel unum per accidens, & potius dici debet forma constituitur unum per se, & substantiale, quia est substantia, quam e contra esse substantiam, quia facit per se unum, & substantiale, ergo ratio assignata cur haec forma sit substantia, & illa accidens non est sufficiens. Tum quia haec videtur petio principii, hoc enim est, quod quaeritur in proposito, cur videlicet existente in materia forma equi, & eius quantitate forma equi dicatur cum materia unum per se substantiale constituitur, & ideo dicitur substantiam, non autem ipsa quantitas, sed constituit unum per accidens, ideoq; dicitur accidentalis. Neque Doct. loc. cit. quando hoc dicitur differentiam a priori, & ultimam, immo rationem reddidit cur forma dicatur per se informare, & facere per se unum, alia vero unum tantum per accidens, quia nempe inherens non est actus simpliciter, sed actus secundum quid, quae quidem est vera ratio a priori, ut postea explicabitur.

9 Quinto. Alii explicant formam accidentalem esse in materia per inhesionem, non vero substantialem, quia haec est in materia per modum constitutivus aliquid cum ea, veluti comparis, accidentalis autem non est in materia hoc modo, quia nec est pars ipsius, neque alicujus compositi, quod simul constituit cum ea, & quidem hoc pacto videtur Arist. ipse in antepred. capit. 2. explicat inhaerentia in accidentis in subiecto, dum ait, in hisce est esse dicit, quod cum in alio sit, non sicut quodammodo per inhesionem esse sine eo, in quo est. Necque haec explicatio est ad rem, quia vel forma substantialis, & acci. entalis comparantur ad subiectum, quod informat, & sic neutra est illius constitutiva, vel comparatur ad contentum ex ipsis, & in subiecto, quod informat, & sic neutraque est pars ipsius, ita enim homo, & albedo sunt partes unius compositi, nempe hominis albescentis anima, & corpus sunt partes hominis, ergo ex hoc capite forma substantialis, & accidentalis in nihil differunt, sed pari passu currunt, Arist. autem loc. citat. solum significare voluit formam accidentalem non esse partem compositi per se unum, sicut est forma substantialis, quod plane verum est, sed rationem hanc non assignavit, quam hic vestigamus.

10 Sexto. Alii explicant accidens illud esse, quod potest adesse, vel abesse sine subiecti corruptione, & ideo dicitur esse in subiecto per inhesionem, at substantia nequit abesse, nisi cum subiecto corruptione, & ideo non est forma substantialis in subiecto per inhesionem, quam explicationem Scotus etiam in hunc modum videtur qu. 15. praedicam. Haec tamen quae communiter recitatur, quia tamen forma substantialis, quae accidentalis abesse potest sine subiecti corruptione, & neutra abesse potest sine corruptione compositi ex hunc, & subiecto, sic enim manet integer homo in suo essentiali esse deficiente albedine, sicut manet corpus, vel materia prima abscedente anima, & ita deficiente albedine non manet compositum album, sicut deficiente anima non manet homo. Fortè dices, quod materia corrumperetur, nisi abscedente una substantiati forma alia succederet. Contra quia hoc in primis nil refert ad inhaerentiam, vel inherentiam negationem. Deinde quia in nostra sententia recedit anima & corpore, & nulla forma succedit loco ipsius, & non ob id anima est accidens. Tandem quia etiam in formis quibusdam accidentalibus est necessaria successio unius formae ad aliam, nullum enim subiectum sine praesentia esse potest, vel ubicatione, & una anima alia necessario debet in ipso succedere, & tamen non ob id praesentia, vel ubicatione est forma substantialis. Et fallum est Scotum loc. citat. per hoc distinguere formam substantialem ab accidentalibus, sed ex hoc distinguitur, quod illa dat esse simpliciter materiae, haec vero esse secundum quid subiecto, quae est vera differentia, ut postea explicabitur.

11 Septimo. aliter solent explicare Thomista, ut nimirum forma substantialis dicatur, quae advenit enti in potentia, accidentalis vero, quae advenit enti in actu, quod proinde unum per se actu in subiecto constituitur nequit, quia ex duobus entibus in actu unum per se constitui nequit ex 7. Metaph. 49. hinc forma accidentalis dicit esse in subiecto per inhesionem, quia informat ens in actu, substantialis vero per substantialem unionem, quia informat ens in potentia. Sed neque hic modus dicendi sufficiens rem explicat, cum enim dicunt Thomista formam lapideam v. g. substantialem esse, quia advenit suo subiecto veluti enti in potentia, vel sensus est advenire enti existenti in potentia ad ipsam formam lapidis suscipiendam, & sic etiam forma accidentalis utique advenit suo subiecto, ut enti in potentia, ut de se manifestum est, vel sensus est advenire enti in potentia ad omnem prae-

sus actum etiam entitativum, & existentie, & in hoc sensu fallum est, formam accidentalem advenire enti in actu, substantialem vero enti in potentia, quia ita forma substantialis praesupponit solum subiectum existentem, & proprium actum entitativum habent, sicut forma accidentalis, ut patet ex dictis in Physica. Vel sensus est, ut melius explicat Doctor quae. 15. praedicam, quod forma accidentalis advenit enti in actu completo, & specifico per formam substantialem iam constituitam, non ita forma substantialis, & in hoc etiam sensu fallum est praesertim in sententia Doctorum omnem formam substantialem advenire enti in potentia, id est deducendo ab omni actu substantiali, quia anima non advenit materiae primae unitae, sed informatae, preparatae per formam mixta, seu corporeitatis, unde non est de ratione formae substantialis, ut ab accidentalibus distinguitur, quod constituit semper rem in esse specifico perfecto, & ultimo. Denique hic quaeritur conceptus quidditativus substantialem, ut convenit materiae, formae, & compositi, hic autem a signatus a Thomista, & de ratione substantiae est, ut adveniat enti in potentia, & de ratione accidentis substantiae est, ut adveniat enti in actu, non efficit communis omnibus praedictis substantiae, sed proprius formae substantialis, immo nec esse potest conceptus primus, & proprius ipsius formae substantialis, quia prius est formam esse in se substantiam, quam advenire enti in potentia, & pariter prius est albedine in v. g. esse in se formam accidentalem, quam advenire enti in actu, ergo per id non bene explicatur ratio utriusque formae, & discernimus ab alia a priori.

12 Octavo. aliter adhuc rem explicat Suarez disp. 16. Met. sect. 1. numer. 13. inquit enim ideo v. g. albedine esse in suo subiecto per inhesionem, quia non est eiusdem ordinis, & praedicamenti cum eo, & ideo non facere cum ea per se unum, at forma lapidis verb. grat. est eiusdem ordinis, & praedicamenti cum materia, quam informat, & ideo constituit cum ea unum per se. Verum haec est aperta principii petio, hoc enim est, quod quaeritur in proposito, quare haec forma verb. grat. anima sit substantialis, & eiusdem ordinis, ac praedicamenti iam materia, cum informat, non autem quantitas, albedo, & alie confusiles, quae dicuntur accidentales. Deinde constructio, & distinctio praedicamentorum ab omnino posterioris naturae rerum, unde prius est haec naturae esse substantiales, quam esse impraedicate substantiae distributas, & sic etiam de accidentalibus, unde est distinctio, & diversitate inter res ipsas reperi, & diversas classes eorum distingerunt Philosphi, non ergo ideo haec forma est substantialis, & illa accidentalis, quia illa pertinet ad primum praedicamentum, ista vero ad posterius, sed potius est contra res se habet.

13 Nono. dixerunt alii proprium substantiae conceptum esse substantiae accidentibus, id est in se recipere accidentia, illaq; sustentare, Quae explicatio tribuitur Boetio, & communiter impugnatur, quia etiam quaedam accidentia recipiunt in se, & sustentant alia accidentia, & communiter sententia tenet de quantitate, verum haec impugnat, non arguit, quia cum illi Auctores explicant substantiae conceptum per substantialem accidentibus, ita intelligunt, ut accidentia sustentent, tamquam omnino primum, & ultimum substantium, quod utique nec quantitates, & ultimum substantium competere potest. Quare ex eo potius hic dicendum impugnatur, ut etiam Deum comprehendit, qui tamen accidentibus subsistere non potest. Tum quia, ut docet Scot. 1. dist. 8. quaest. 3. lit. F. licet substantia creata talis dicatur tamen a ratione subsistendi, tamen ratione subsistendi, quia ipse subsistere potest accidentibus, ita tamen ei competunt istae rationes, ut sola ratio subsistendi, vel perse existendi sit essentialis, & primaria, ratio vero substantiae secundaria, & concomitans, quia subiecti accidentibus non est primum, quod invenitur in substantia, prius enim est rem in se esse, quam aliis subsistere, & non ideo substantia per se existit, & consistit, quia accidentibus subsistit, sed contra, quia de causa Arist. in praedicam. substantiae rationem substantiae inter affectiones eius consummerunt, non vero tamquam eius formalem rationem assignavit. Unde cum dicimus substantiam esse, quae accidentibus subsistat iam nota suspenderit quiddam ratio tam substantiae, quam accidentis, & utriusque quiddam distinctio, non vero attribuitur, dicendo committeretur circulus vitiosus, ut bene notavit Artig. declarandum per alterum, & ignotum per aequi ignotum, dicendo substantia est, quae accidentibus subsistat, & accidentia sunt, quae inhaerent substantiae.

14 Decimo. plerique alii conceptum substantiae explicant per esse radicem substantiae, conceptum vero accidentis per esse radicem inhaerentiae, & in hoc sensu intelligunt per se esse constitutum substantiae, & inhaerentia accidentis, quem dicendum modum, ut probabilem tenet Avera quae. 17. Logica sectio. 1. in fine. Sed hic quoque dicendum communiter recitatur, quia admitti nequit hinc vitio circuli, quandoquidem nec substantia explicari valet, nisi per substantiam, nec inhaerentia, nisi per accidens, unde ignotum per aequi ignotum explicabitur. Tum quia si quaeratur, cur quantitas, vel qualitas nequeat esse radix substantiae, & humanitas inhaerentis, statim responderetur, quia illa sunt accidentia, & haec est substantia, si sitigitur contra quaeritur, cur haec sit substantia, & illa vero inhaerentia, respondetur, quia haec est radix substantiae, illa vero inhaerentia, iam constat committi circulum, ut notant Artig. & Ovied.

15 Undecimo. Hurtad. disput. 10. Metaph. alium adhuc exco-

gitavit modum explicandi conceptum substantiae quidditativum, & ait substantiam, prout ab accidente distinguitur, esse illam, quae proprie dicitur res, quod probat, quia interrogatio quod est res non respondetur alba, aut nigra, sed si quaeratur quid est res, respondetur, Petrus, aut equus, & interrogatio quae est res, aut quantum, respondetur album, aut parvum; id ergo per quod respondetur quaestioni id quod rem vocat, & rem in hoc sensu ait esse substantiam, de quo explicandi modum conceptum substantiae, & accidentis satis pluri laudat hic Auctor, quia per hanc explicationem seque per se reduci solent huius quaestio ad prima principia. Sed plane ita dicendo potius reduci videtur hoc dubium ad quaestionem de nomine rei, an scilicet accidens verè, & proprie possit dici res, & quidem si verum est rem, & ens reale esse ly nonima, sicut accidens verè, & proprie dicitur ens, quia includit rationem quidditativam entis non minus, quam substantia, ita verè, & proprie poterit, dicitur. Imò inquit Doctor quolibet. 3. articul. 1. quod si adhuc magis proprie nomen rei accipere velimus, ut distinguitur contra modum, vel circumstantiam rei, quod pacto accipitur a Boetio libr. 1. de Trinit. ita prima tria genera, scilicet substantia, quantitas, & qualitas rem monstrant, alia verò rei circumstantiam. Quod si adhuc praesupponatur nomen rei, ut solam significet substantiam, caetera verò sint modi, vel circumstantiae ipsius substantiae, haec instantia inquit Doctor 2. distinct. 2. quaestio. 1. 6. quod si adhuc videtur tantum contendere de nomine modi, & rei, licet enim modus non sit ita res, sicut illa, cuius est modus, non tamen quia res est, sicut nec nullum ens quia tunc nihil est, quare concedit Doctor, quod in hoc sensu, & in comparatione ad substantiam quantitas, vel qualitas potest dici modus, vel circumstantia, ita tamen non obstat, quin absolute loquendo possint dici res verè, & proprie; male ergo, & factis ineptè explicat Hurtad. conceptum substantiae quidditativum pro nomine rei, quia hoc etiam convenit accidenti, unde melius explicuit conceptum substantiae per ipsum nomen / substantiam, quam nomine rei, quia nomen rei commune est accidentibus, non tamen substantiae.

16 At occurrit Hurtad. se non accipere nomen rei utcumque, sed praecise pro eo, per quod responderetur quaestioni in quid, cum interrogamus quod est hoc, cuius nomen non responderetur per accidens dicendo esse album, aut nigrum, sed esse hominem, vel equum, unde etiam si quis interrogatur quid emerit, non respondet emisse album, vel nigrum, sed equum, vel bovem. Contra, quia etiam in hoc sensu nomen rei convenit accidenti, sed compositis per accidens, nam si quis emat statuum, interrogatus quid emerit, responder, statuum, & si petas quid est hoc, responder statua; rursum sicut dicimus emisse hominem, ita etiam dicimus emisse Aethiopem, qui dicit formam accidentalem. Respondet Hurtad. haec artificialia, ut statua, & cathedra, vulgo dici rem secundum quid, & non absolute, quia recte noscitur idem manere lignum statuae effecta, vel destructa, & figuram esse accidentis; sic etiam ait dicere emisse Aethiopem ad discrimandum eum hominem ab aliis. Sed haec solutio argumentum non tangit, cuius robor in hoc consistit, quod ostendit per concreta accidentia optime responderi quaestioni, in quibus, sive modo ita responderetur ab hac rationem, sive ob illam, parum refert ad propositum, sufficit enim, ut per eadem responsum fatisha quaestio in quid, quacumque de causa id contingat. Deinde si absolute lignum debet dici res, non autem ipsa statua, quia recte noscitur idem manere lignum statuae effecta, vel destructa, ut inquit Hurtadus ergo non erit substantia absolute loquendo, quia dicatur res, sed quia permanet idem lignum accedente, vel recedente figura statuae, & tunc iste modus dicendi coincidit cum sexto jam relato, qui substantiam explicat per oppositionem cum accidente, cuius natura est posse adesse, & abesse absque subiecti compositione.

17 Duodecimo. Ovied. cit. contro. 6. Metaph. punct. 1. §. 2. substantiam definit esse id, quod primario, & proprio intenditur a natura, id autem propter se, & primario, ait intendi, quod non intenditur propter aliud adequate ab ipso distinctum, quod enim intenditur propter se intendi dicitur, sic materia, & forma, est propter totum intendatur a qua illarum qualibet in adequatè distinguitur, propter se intenditur quia totum a materia, & forma, & unionem distinguitur, unde concludit substantiam sic definiti posse, ut sit id, quod non intenditur propter aliud adequate ab ipso distinctum. Sed hic dicendi modus valde recedere videtur a communi modo explicandi substantiam, & accidentis per seipsum, & inhaerentiam, in quo dicebam ab initio quaestiones omnes convenire, nisi forte dicatur ens per se dici, quod per se intenditur, ens autem in alio, quod intenditur propter aliud; sed tunc etiam redeunt difficultates supradictae, nam in hoc sensu forma substantialis dicitur esse propter aliud, quia est ens in alio, scilicet in materia. Quod si esse propter se, & propter aliud sumantur in sensu magis propria, ut ab hoc Auctore explicatur, adhuc graves inveniunt difficultates, quia forma substantialis est finis materiae, & materia verè, & proprie est propter formam ex 2. Phys. 33. ergo materia non erit substantia, sed accidens. Item quod in sententia nostra a materia, & forma simul sumptis adequatè distinguitur, quatenus dicitur tertiè entitatem ultra illas, & rursum in nostra sententia admittente plures formas substaentiales in animatis una ordinatur ad aliam, & est propter illam, nempe for-

ma mixti intenditur propter animam, quae ab ipsa adequatè distinguitur, ergo saltem in nostris principiis haec sententia suffragari nequit. Tum quia in compositis accidentalibus quaedam propter se intenduntur, ut patet in artificialibus, nam cum artifex ex ligno statuum conicit, vel cathedram, intendit proprie figuram, vel totum concretum ex ligno, & tali figura, & lignum ordinat ad figuram, non e contra. Tum quia elementa sunt ordinata a natura ob compositionem mixtorum, quae sunt corpora ad elementa adequatè distincta, & tamen sunt corpora substantialem, ergo non bene definitur substantia esse id, quod primario, & propter se intenditur a natura.

18 Decimotertio; Ariag. disp. 4. Metaph. sec. 6. sic explicat. Conceptus substantiae quaequid intrinsece constituita primam rem, nomine autem primae rei intelligit id, quod primo, & per se intenditur a natura, vel primo, & per se existit, vel quia est prima radix caeterorum, & per hanc definitionem, inquit, primo includi Deum, & omnes substantias simplices, quia primo, & per se existunt; includitur etiam materia prima per se existens; includuntur praeterea omnes formae substantiales, quae sunt primae radices; excluduntur verò a ratione substantiae quantitates, & primae qualitates, colores, duratio, ubiatio, & entia artificialia, quia haec omnia nec per se primo existunt, nec sunt de conceptu primae radices, immo potius accidunt rei primae, ergo sunt accidentia.

Haec quoque explicatio est satis implicata, & multa falsa continet, nam in ipsa definitione per primam rem videtur intelligere rem primo constitutam, & postea in explicatione primae rei intelligit, & comprehendit nedum Deum, & omnes substantias simplices, sed etiam materiam primam, & omnes formas substantiales, at materia, & forma non sunt primae constituta, sed partes constitutivae. Deinde explicans, quid intelligat nomine primae rei ait se intelligere, id, quod primo, & per se intenditur a natura, vel primo, & per se existit, vel quia est prima radix caeterorum, ex quo sequitur hanc primatem non competere substantiis comparatione accidentium per aliquam rationem eis communem, sed distinctivè per rationes peculiare unicuique proprias, quod est falsum, quia substantia a toto genere praecedit accidentia sua ratione substantiae, ut est communis omnibus substantiis compositis, & simplicibus, completis, & incompletis. Rursum probans in virtute huius explicationis omnes substantias concludi sub hac definitione, & materia includi, ait Deum, & substantias simplices, & materiam includi, quae primo, & per se existunt, omnes formas substantiales verò, quia sunt primae radices caeterorum, & denique omnia accidentia excludi, quia nec primo existunt, nec sunt de conceptu primae radices, sed potius a prima radice originata; ex quo patet ex tribus particulis appositis pro primatem rei, id est substantiae explicanda, duas posteriores sufficere pro constitutione omnium substantiarum, & exclusione accidentium, nam recensendo omnes substantias illas dicit esse tales, id est primas res, quia vel per se, & primo existunt vel sunt primae radices caeterorum, & nihil meminit primae naturalae, quod scilicet talis res primo, & per se intendatur a natura, ergo haec conditio est superflua pro constitutione substantiae, cum alie duae sufficiant. Tum tandem quia haec etiam explicatione admissa sequitur solum materiam esse substantiam, non autem formam, nec compositum. Probatur consequentia, nam duae illae conditiones primatem substantiae constitutivae solum materiam competent, nam forma non per se, & primo existit, sed in materia, & post materiam, & sic etiam compositum existit per materiam, & formam, & sola materia est prima radix caeterorum; non autem forma, quia, & quantitas, & caetera dispositiones praecedunt formam in materia, non autem a forma dimanant iuxta principia illius Auctoris, immo materia nedum est radix accidentium, verum etiam ipsius formae substantialis, quae radicitur in ea, ergo verè, & proprie illa materia erit substantia iuxta hanc dicendum.

Resolutio Quaest.

19 Utergo pateat quid sit in hoc dubio de mente Doctoris neque elegans doctrina, quod docet a. d. 11. quaest. 3. lit. Y. & sequitur adduxi in Phys. disp. 2. quaest. 1. art. 3. & disp. 5. quaest. 11. art. 1. & alibi frequenter; cum enim tota difficultas in assignanda distinctione substantiae ab accidente pendeat ex parte formae substantialis materialis, quae est in subiecto, & in subiecto inmittitur, sicut accidens, ac proinde a forma accidentali differre non videtur. Doct. loc. cit. ex in hoc, quod forma substantialis dat esse simpliciter, & forma accidentalis esse secundum, quid unde consequenter per hoc, & a priori distinguit substantiam ab accidente, quod substantia est ens simpliciter, accidens autem ens secundum quid; pro cuius discriminationis declaratione distinguit de esse simpliciter, ex Arist. 1. de gen. tex. 12. & inde ubi probat ex non esse simpliciter non posse fieri aliquid, nam vel simpliciter accipitur pro univèrsaliter, & tunc non ens simpliciter est purum nihil, & sic ex non esse simpliciter non potest aliquid fieri, & ista non est oppositum est quodcumque; ens quantumcumque minimum habeat de entia, tunc modo accipitur ens simpliciter, prout distinguitur contra ens secundum quid, & tunc ens simpliciter est substantia; ens secundum quid est accidens;

dens; cum ergo in proposito dicitur forma substantialis ab accidentaliter differre, quod illa dat esse simpliciter non debet intelligi de esse simpliciter primo modo, quo scilicet immediatè sequitur non esse simpliciter, sed dat esse simpliciter, ut distinguitur contra esse secundum quid; quod probatur, quia si accidens primo adveniret materiae, & si daret ei primum esse formale, non tamen daret ei esse simpliciter, sed secundum quid, quia non est adus nisi secundum quid; nulla etiam forma substantialis materialis est, quæ dat esse simpliciter materiae, & hoc si tenetur esse simpliciter, id est esse simpliciter materiae, & hoc si materia habet esse simpliciter illo modo etiam sine omni forma, non ergo sola forma substantialis dat esse simpliciter, id est universaliter, nec etiam simpliciter, id est primum.

20 Sed accipiendum esse simpliciter secundo modo, prout dividitur contra secundum quid, dicit, quod sicut ens dividitur in prius, & posterius, vel primum, & secundum, & prius continet sub se substantiam, & posterius accidens, ita simpliciter in illo intellectu æquivalere ei, quod est primum naturaliter, & secundum quid æquivalere ei, quod est posterius naturaliter, & illo modo omne accidens dat esse secundum quid, undè tandem concludit Doctor, quod forma substantialis, sive adveniat alicui jam habenti esse, sive non, dat esse simpliciter hoc secundo modo, sed non primum, sicut forma accidentalis cuiusque adveniat dat esse non simpliciter, sed secundum quid? Quam doctrinam rursus reperit Doctor, ac adhuc declarat paulo infra in solutione ad 2. pro opinione. Da nam si accipitur, inquit dare esse simpliciter pro primo dare esse, nec omni, nec soli forme substantiali convenit dare esse simpliciter, quia si primo adveniret quantitas materiae post illi dare esse formale primum, licet non prius recedens a non esse, & forma aliqua substantialis potest advenire secundo, & tertio, ut in sententia ponente plures formas substantiales in eodem composito, sed distinguendo esse simpliciter contra secundum quid, sicut primum naturaliter contra secundum naturaliter, sic omnis forma substantialis dat esse simpliciter, & primum, & accidentalis non simpliciter, sed secundum quid; non ergo quaeratur, concludit Doctor ad velligandam differentiam inter formam substantialem, & accidentalem, & ad dignoscendum, an hæc forma sit substantialis, vel accidentalis, si primum, vel secundum adveniat illa forma alicui, nam quæcumque adveniat, talem adum natæ est tribuere, qualis forma est in seipsa, ita dicitur Doctor loc. cit. et quo colligitur, quod non debet distinguere formas substantiales ab accidentalibus absolute loquendo per hoc quod illa det primum esse, & hæc secundum, quia circa ly primum contingere potest æquivocatio; nam si per esse primum intelligitur primum esse recedens a non esse, id est quod immediatè sequitur non esse, neutra forma dat esse primum subiecto, quia utraque supponit illud in esse, si per esse primum intelligitur esse extrinsecum, & formale quod primum communicatur subiecto à forma ipsam informantem, neque in hoc sensu forma substantialis potest ab accidentalibus fecerit per dare primum esse subiecto, quia si quantitas ponatur cõtra materiam, ac in ea immediatè dispositiones præcedere ad introductionem forme substantialis, tunc forma accidentalis dat primum esse formale, non autem forma substantialis; si tandem esse primum accipitur pro esse primo naturaliter, quod distinguitur contra esse secundum naturaliter, hoc patto forma substantialis dat esse primum subiecto, quia dat esse simpliciter, etiam adveniat posterius forma accidentalis, & contra forma accidentalis dat tantum esse secundum, quia dat esse secundum quid, etiam adveniat prius forma substantialis.

21 Et quaeratur (inquit Doctor) undè probari potest, quod forma substantialis dat esse simpliciter, non verò forma accidentalis; si de ratione neutriusque dare illud esse, quod immediatè recedit a non esse, quod propriè videtur esse simpliciter. Et rursus movet ege aliud dubium, undè probari potest, quod forma substantialis det esse primum formale naturaliter, ut distinguitur à secundo naturaliter, non omnino primo, & immediatè informat materiam. Respondet ad 1. dubium ipse Doctor, & inquit, aut tu quaeris de re in se, aut in comparatione ad cognitionem nostram; si in se, nulla est causa, quare illa dat esse simpliciter, & illa secundum quid nisi quia hæc est forma substantialis, & illa accidentalis, sicut enim nulla est causa, quare calidum calefacit, quia immediatè dat, & inter causam immediatam, & effectum non est alia causa media; ita in genere causæ formalis hæc est immediata, calor constituit calidum, & anima hominem, & est immediatè forme ad actum formalem, si autem quaeratur in comparatione ad cognitionem nostram, ait, quod Philosophi distinguunt formam substantialem ab accidentalibus per quadam media à posteriori, ut potè post illa habere contrarium, & non habere, recipere magis, & minus per eam, & non recipere, posse esse notum, & non esse, & huiusmodi, sed ad rem breviter dicit unum esse medium, per quod manifestus distinguitur quantum ad cognitionem nostram, quæ forma etiam adveniens enti in actu sit substantialis, & quæ accidentalis, quamvis enim proceditur in substantialibus semper posterior est perfectior prioribus, quando autem venit ad accidentales, sequens est imperfectior ultima præexistente, quæ autem sit perfectior, hoc nobis innotescere non potest nisi à posteriori, & illud est rationale in se, & in nobis, in se quidem quia in eodem genere non advenit forma formæ, nisi ut perfectius constituat in illo genere; in alio autem quicquid advenit, scilicet, ut accidens imperfectius est quocumque præsupposita forma substantialis, po-

teff quoque dici formam substantialem dare esse simpliciter, quia cum sit substantia, est ens simpliciter, & sic dat esse eisdem rationis cum ipsa, forma accidentalis dat esse secundum quid, quia cum sit accidens, est ens tantum secundum quid, ut docet Arist. 7. Metaph. tex. 12. ubi videndus est Aletis in quibusdamculis, quam movet, an accidentia sint entia simpliciter, ubi concluditur cum Arist. solam substantiam posse dici ens simpliciter propriè suum esse fixum, & ratum, quod de se habet, quale non habet accidens, quod habet esse fixum, & ratum in alio, & idèd neque dici ens simpliciter, sed tantum secundum quid, & cum addit, scilicet in alio. Dices, formam quoque substantialem materiam habere esse fixum in alio, & non in se, atque ideo dici non posse ens simpliciter, & propriè substantiam, sed potius accidens. Resp. negando consequentiam, quia etsi aliquam habeat dependentiam à materia, tamen hæc dependentia non est ab alio alterius generis, sicut est in accidente, quod in suo esse à substantia dependet, & idèd cum omni proprietate dicitur ens in alio, & hinc colligitur, quare forma substantialis materialis etiam à materia dependet in suo esse fieri, & conservari, adhuc tamen dicitur habere suam perfectitatem, & ratitudinem, quantum sufficit, ut dicitur substantia, quia non indiget alio alterius generis, ut dicitur esse, & existere, sicut indiget accidens.

22 Et hinc patet ad 2. dubium, quare substantia à toto genere dicitur ens primum naturaliter, & accidens ens secundum naturaliter, & consequenter quare forma substantialis dicitur dare esse primum naturaliter, etiam si posterius forma accidentalis materiam informantem, vel saltem non immediatè informantem materiam primam, ut est de anima; ratio est, quia naturaliter loquendo quod de se habet esse fixum, & ratum, præcedit in esse illud, quod non habet esse, nisi illi innixum, quia hoc indiget illo ad suum esse, & existere, non è contra. Et sic forma substantialis, quantumcumque mediat materiam informantem, adhuc tamen dat esse simpliciter, & primum naturaliter, quia dat tale esse fixum, & ratum, quale provenit non potest à forma accidentalibus, & è contra, forma accidentalis quantumcumque immediatè informantem materiam, semper dabit esse secundum quid, & secundum naturaliter, quia non dat esse fixum, & ratum, sicut dat forma substantialis.

23 Et hoc tandem patet facilius totius quaestioni resolutione, substantiam, & accidens, non per aliud ab invicem quiddamque differre, & in se essentialiter constitui, nisi per id, quod semper assignavit Arist. & alii cum ipso, scilicet per perfectitatem, & inalteritatem saltem radicaliter sumptas, explicando tamen illas, ut modò diximus, ut scilicet perfectitas dicitur hinc, & ratitudinem entitatis in seipso absque dependentia, & sustentatione in alio alterius generis, hoc enim modo quilibet substantia etiam formam materialem includendo dicitur per se esse, & per se existere, quo modo non convenit accidenti; de modis substantialis non loquor, quia hic secundum principia nostra non sunt directè, & quiddamque substantia, sed dicuntur substantiales, quatenus inter substantias versantur, illaque tangunt sub aliqua ratione substantialis; ut de unione substantialis dictum est disp. 5. Phys. quaest. 9. licet reipsa in se sint accidentia de genere respectus, inaltere è contra, quæ circumferibit differentiam accidentis dicitur oppositam dependentiam ab alio alterius generis, tamquam à subiecto & indigentiam ejus, ut in eo sustentetur, & sustentetur, quæ facit explicatur per ipsam essendi in alio per inheretiam, quia inheretia ex vi nominis importare videtur in forma inherente, indigentiam etiam majorem substantiantem, quæ habeat forma substantialis etiam materialis, & minorè firmitatem in suo esse, quæ de causa hinc modè essendi in alio à Philosophis appropriatur ad accidenti; & hæc sunt quæ mihi dicenda videntur pro explanatione perfectitatis substantiæ, & inalteritatis accidentis iuxta principia DD. subtilis, & Irrefragabilis, videatur Scotus 2. diff. 12. qu. 1. in solutione ad 2. principale, ubi non obscurè totam hæc doctrinam insinuat, eum ait, omne esse cuiuscumque alterius generis à substantia, scilicet accidentis esse imperfectius quocumque, quod est pars substantiæ; quia indiget sustentari ab alio, quod est alterius generis.

Q U E S T I O II.

De substantia singulari constitutur actu per se existens, & subsistenti per aliquod realiter superadditum, & ex natura rei distinctum.

24 Quæstio, ut constat ex ipso titulo, de substantia singulari creata intelligitur, nam in natura divina non existit, & subsistens. Quicunque, non distinguunt inter substantiam, & per se existentiam substantiæ, eodem modo de utraque dicuntur, & idèd quia à parte rei existentiam ab essentia reali, & actuali non distinguunt, sicut ponunt substantiam subiecto larem per se existere in rerum natura independentem à subiecto seipsa, & non per aliquod realiter superadditum, ita quoque seipsa subsistere dicunt; & sic sensisse videtur Aristoteles 7. Met. tex. 4. ubi nullum, quocumque videtur differentiam, saltem à parte rei, inter naturam substantialem singularem existentem, & subsistentiam, sed eo ipso quod à parte rei aliqua substantia singulari

ris est existens, vult esse subsistentem ab; alioquò novo addito, à qua sententia parum, vel nihil distat opinio; quæ solet adscribi Durand. 12. 34. qu. 1. Henric. quol. 4. qu. 4. Aureolo. 3. d. 1. & alius, qui solam distinctionem rationis ratiocinantis, vel in modo significando abstracto, & concreto ponunt inter naturam, & suppositum unde dicitur hanc humanitatem, quæ est natura singulari, & hunc hominem, qui dicitur suppositum, non nisi penes modum significandi differre concretum, & abstractum, quatenus abstractum significat naturam per se, concretum vero significat rem per modum naturam habentis, in re tamen sunt omnino idem natura, & habens naturam, seu suppositum, & subsistens. Capreolus è contra nec ipse distinguens inter per se existentiam substantiæ, & subsistentiam 3. d. 5. qu. 3. art. 3. cum quibusdam aliis Thomistis, quia existentiam ab essentia realiter distinguit, ultro concedit substantiam singularem non seipsa existere, nec subsistere, sed per aliquod realiter superadditum, qui est modus per se existendi superadditus substantiæ; ut ab accidente distinguitur.

Alii verò distinguentes inter subsistentiam, & per se existentiam substantiam, divergentes de utraque, differunt iuxta sua principia, qui enim existentiam ab essentia reali, & actuali non distinguunt realiter, consequenter dicunt substantiam singularem seipsa quidem, & non per aliquod realiter superadditum per se existere independentem à subiecto, adhuc tamen subsistere per aliquod realiter superadditum, & ab ea re ipsa distinctum; ita Scotus, & Recondentes communiter. Qui verò existentiam realiter ab essentia fecerant, ut Thomistæ, necdum voluit singularem substantiam subsistere per aliquod realiter superadditum ipsa, verum etiam & per se existere per alium modum superadditum à substantia diversum, & inter istos modos necdum ponunt distinctionem, sed etiam ordinem prioritatis, & præcedentiam, & volunt subsistentiam in substantia singulari præcedere existentiam, & naturam non esse capacem existentie, nisi quousque fuerit subsistens, ita Cajet. 3. p. qu. 4. art. 2. Medina ibid. & alii Thomistæ.

24 Dico primo substantiam singularem seipsa realiter per se existere independentem à subiecto, & non per aliquod realiter superadditum. Conclusio est Scoti 4. d. 12. q. 1. & est communis omnium, qui existentiam ab essentia reali, & actuali non distinguunt à parte rei, vel realiter, & ex hoc principio potest primò probari, quia si verum est in universum existentiam realiter ab essentia non distinguunt, ut ex professo ostendit esse disp. 8. qu. 2. per se existentia quæ est propria substantiæ, non erit realiter à substantia distincta, sicut neque in accidente propria eius existentia ab ipso realiter distinguitur. Tum quia licet substantia sit aliquid realiter substantiæ singulari superadditum, & ab ipsa ex natura rei distinctum, non tamen idem iudicium ferri debet de per se existentia, quod ex diversis muneribus, ad quæ destinata sunt, factis appetit colligitur, nam substantia substantiæ singulari datur, ut constituitur incommunicabilis alteri, & ferre natura dependet, atque per existentiam assignatur eidem, ut per se existat independentem à subiecto modo explicato q. præced. sed substantia singulari, licet non per suammet entitatem sit incommunicabilis alteri supposito, sed per aliquod superadditum, ut patet conclusione sequenti, à huc tamen suammet entitatem est à subiecto independentem, ergo est per se existens independentem ab eo seipsa, & non per aliquod realiter superadditum.

Tum quia si per se existentia realiter distingueretur à substantia singulari, licet substantia, ergo separari posset ab ea sicut de facti potest assumpta, & sic hæc est assumpta, etiam illa natura, quomodo utraqueque est hæreticum. Præterea etiam Theologi illi, qui oppositè huius conclusionis defendunt, si catholicè sentire velint, fatent coguntur Verbum assumptis quidem naturam inanimatam, id est humanitatem singularem, non tamen personam, seu suppositum humanum, ergo aliquid deest humanitati assumptæ, cuius defectu nequit dici persona, vel suppositum, & hoc nihil aliud est, quam modus propriæ substantiæ, quo formaliter natura singularis constituitur formaliter ratione suppositi. Quod si respondatur, humanitatem assumptam non dici personam, vel suppositum, non quia deest aliquid, sed potius quia aliquid est sibi additum, nempe unio ad Verbum, quod proprie dicitur habens humanitatem, ipsa vero humanitas dicitur esse in Verbo, sicut forma, vel natura in supposito, & idèd humanitas illa nequit dici suppositum, neque homo, quia habet alium modum, essendi ratione cuius est potius in alio, quam in se. Contra, quia ut bene insinuat Suarez, ex hac solutione sequitur ad rationem suppositi, & substantiæ saltem requiri negationem unionis ad aliud hæc existentiam modi existentiam in alio, & in tali negatione formaliter ratio substantiæ distincta à substantia saltem distinctione reali negativæ, quoad dicitur dicitur materia realiter à parte rei distincta, quia negatio realis, & separabilis suo subiecto non sola ratione dicitur ab eo, sed etiam hoc sufficit proposito nostro, neque enim hic dicitur ab eo, sed in substantia addat supra naturam singularem aliquid reale superadditum positivum, & positive distinctum, nam de hoc potest disputari.

27 Dices cum Durando humanitatem assumptam à Verbo non dici personam, quia non concipitur per modum concreti, & habentis naturam, sed per modum habitæ, & potest esse suppositum aliæ naturæ. Contra, quia nec persona, nec suppositum constituitur in tali esse ex nostro modo concipiendi, sed ex sui prædicatione; quæ sibi realiter conveniunt, & a parte rei sive sine prædicatione positive, vel negative, ergo si humanitas Christi habet quicquid à parte rei requiritur ad intrinsecam constitutionem suppositi, & personæ, poterit dici persona cum omni veritate, quæ fuit hæres Nestorii.

verba, nec comparat humanitatem cum homine, sed animam, & aetiones quasdam animaticas melius homini ait attribui; quam animam, quia tunc totius conjuncti, & non solius animae. Ad rationem respondetur per idem concedendo posse naturaliter agnoscere ratio subsistentiae, & suppositivae, ut a singularitate aliquo pacto distincta, praesertim si ponatur consistere in dictis negationibus, non tamen tanta distinctione, quantum fides docet, ad eundem unum posse separari ab altera in substantia singulari.

35 At inflat Lorca in 3. part. disput. 28. memb. 1. probans Arist. etiam talem separabilitatem agnovisse inter naturam singularem, & suppositum, idque probat ex 5. Metaph. cap. 8. text. 15. in fine, ubi habet haec verba, accidit igitur deus modis subsistentiam dici, & ipsum ultimum subjectum, quod non dicitur de alio, & ad quod, cum quod quid sit etiam separabile, fuerit, tale utriusque forma. & per. R. respondet Ponceus tom. 3. sui Cursum disput. 18. quod 6. numer. 60. male ex his verbis colligitur, Lorcam separatam substantiam singularem a propria subsistentia, siquidem secundum omnes Expositores ibi enumerat primam, & secundam substantiam, & per primam intelligit substantiam singularem, & per secundam universalem, quam dicit esse separabilem a substantia prima, quatenus potest formaliter reperiri in pluribus substantiis primis, cum ad nullam determinetur, ut patet; non autem intelligit ipsam substantiam singularem esse a supposito realiter separabilem, ut Lorca intendit; immo ex hoc loco Ponceus ait potius colligi, quod Philosophus nullo modo admiserit distinctionem suppositi a substantia singulari, qui dicit substantiam singularem esse illam, quae de nullo dicitur; sed si daretur suppositum distinctum a substantia singulari, id esset falsum, quia de tali supposito potest praedicari illa substantia singularis secundum omnes. Patet non bene Lorcam probare intentionem ex loc. cit. quia per quod quid est non intelligit Aristot. substantiam singularem, sed universalem; cum tamen haec ait esse separabilem non debet exponi ut ait Ponceus, quia potest formaliter reperiri in pluribus substantiis primis, & quia hoc non arguit separabilitatem a substantia secundae secundae a primis, sed potius identitatem inaequivalentem in omnibus, & singulis; deinde falsum est, quod admittendo distinctionem realem inter substantiam singularem, & suppositum, tunc possit praedicari substantia singularis de supposito proprio, ut superioris de inferiori, quia tunc non esset singularis, de cuius ratione est esse incommunicabile, ut quod, debet ergo ille locus exponi cum nostro Aleri ibidem, quod secundo modo dicitur substantia quodcumque fuerit tale, quod per ipsum est aliquid ens, & per quod fuerit aliquid separabile, & distinctum ab alio; tale verò, quod sic dicitur substantia, est forma, & species, uniuscuiusque, nam unum quodque per formam est ens, quia forma est ratio essendi, & etiam per formam unumquodque distinguitur ab omni alio, quia illud idem, quod est principium essendi, est principium distinguendi, per eandem enim formam, per quam homo est homo, per eandem non est alius; vide aliam expositionem apud Ponceum, in eodem loco, ubi aliter textum legit, & per separabile intelligit quodcumque individuum, quatenus est a quolibet alio diversum, & separatum.

Jo. de S. Tho. quest. 7. Physic. artic. 1. contendit & ipse probare ratione naturali distinctionem ex natura rei inter singularitatem substantiae, & subsistentiam, quia accidentia non immediate recipiuntur in natura, quia sic pertinent ad rationem naturae, & cum ea permiscerentur; exigit ergo natura aliquid, quod reddatur subjectum, quod respectu eorum, quae sunt extrinseca naturae, & hoc est substantia. Respond. argumentum retorqueri de ipsa substantia, quae advenit naturae, & in ipsa recipitur, unde diceretur pertinere ad rationem naturae, quod tamen est falsum; diceret ergo Aristot. naturam per singularitatem consilium subsistentis subiectum ad recipientia omnia accidentia, quae sunt adventitia naturae, nec alium modum subsistentiae distinctum esse necessarium; & subsistentiam non esse simpliciter ad hoc minus necessarium consistat in humanitate Christi, quae habet omnia accidentia ipsam naturaliter consequentia, & tamen caret propria substantia.

QUESTIO III.

Quid significat Subsistentia, quidve Subsistens.

36 Quamvis quae praeced. probatum sit subsistentiam sumptam pro existentia incommunicabili substantiae singularis esse a parte rei distinctam ab ipsa, ut per Dei potentiam possit ab ea separari, ut factum est in mysterio Incarnationis, adhuc tamen non constat: quoniam si ratio formalis, & effectus formalis talis subsistentiae, quam naturae communicat, dum eam reddit formaliter subsistentem; praemitenda verò est huius difficultatis solutio, quia ex ea pendet solutio quae huius principialis huius materiae, an suppositum addat supra naturam aliquid formaliter positivum, vel praecise negativum, nam si effectus formalis subsistentiae sit positivus, sive talis, qui nequeat haberi, nisi per formam positivam, consequenter assertum erit subsistentiam, sive suppositivam supra naturam addere formaliter positivam; si vero effectus formalis subsistentiae sit praecise negativus, sive talis, qui possit haberi per simplicem negationem, opus non erit subsistentiam addere supra naturam quia positivum, sed sufficiens erit sola negatio, ne entia sine necessitate multiplicentur.

Hac verò difficultas aded ardua est, ut aliqui Theologi omnino illi cedant, & in nulla sententia quietem inveniant teste Eminentiis. Card. de Lugo disput. 12. de Incarn. sect. 3. numer. 25. quia tamen ea pendet, ut dixi solutio principialis quae huius materiae, ac etiam aliter omnes minus principales, quae de subsistentia ventilaris solent, non est praesenti difficultati cadendum; sed potius omnino conatum entendum pro veritate indaganda, vel saltem probabiliori eius resolutione.

37 Ut verò certa ab incertis, & controversa ad communiter concessis in hac quaestione sepasemus, notandum est in presenti materia pro eodem profus usurpatis ab omnibus nomen subsistentiae; suppositivae, & personalitatis, quia haec nomina eandem formalitatem significant, & solum penes connotata differunt, id est penes diversas naturas, quasaequuntur, ex eo enim, quod haec formalitas afficit naturam substantialem, ut sic, sive sit intellectualis natura, sive non; dicitur absolute subsistentia, & intellectus sive vero natura affecta per ipsam fit intellectualis, nedum dicitur subsistentia, & suppositivitas, sed etiam personitas, quia persona datur tantum in natura intellectuali, unde denominatio personitatis formalitate superaddita naturae singulari est denominatione extrinseca desumpta a natura, quam afficit, quando scilicet illa natura est intellectualis, alii etiam adhuc per connotata diversa volunt inter se distingui subsistentiam, & suppositivitatem, quia subsistentia afficeret potest idifferenter naturam completam, & incompletam, at dum afficit substantiam completam, dicitur suppositivitas, dum afficit incompletam, dicitur subsistentia praecise, unde anima separata dicitur quidem potest subsistens, sed non suppositum, adeo ut nomina subsistentiae, & suppositivae, & personalitatis, & rursus illorum concretorum subsistens, suppositum, & persona se habeant sicut magis, & minus commune, quia persona est suppositum, & subsistens, non e contra, item suppositum est subsistens, non e contra; unde Petrus, vel Michael est persona, suppositum, & subsistens; at Bajardus vel hic lapis est quidem suppositum, & subsistens, non tamen persona, quia non sunt supposita intellectualis naturae; sic etiam anima, ut ei tribuatur partialis subsistentia, dicitur quidem subsistens, non tamen suppositum, quia non est natura completa, hac, inquam, est doctrina ab omnibus communiter concessa.

38 Nomen etiam Hypostasis idem modo significat, quod persona, id est suppositum in natura intellectuali, quamvis enim antiquitus aliquam pateretur quoque vocabatur, quia interdum idem significabat quod substantia, & idem necebat SS. Patres tres hypostasies admittit in divinis, non essentiam multiplicare viderentur, modo tamen ex communi usu loquentium usurpatur pro persona, & ided ab Ecclesia conceditur posse sine formidine dici tres hypostasies esse in divinis. Quid autem sit persona Boet. lib. de duabus naturis, & una persona Christi eam definit, quod sit rationalis natura individua substantia, quam definitionem recipit D. Th. 1. p. 2. art. 2. Sed sic simpliciter prolata, ut verba sonant, non placet Doctori 1. q. 23. qu. 4. ad qu. 1. in quo, quia ex ea sequeretur animam esse personam, cum sit rationalis naturae individua substantia, similitur & Deitate, & naturam a Verbo assumptam, cum sit individua, tum quia solus homo proprie dicitur rationalis à Suarez tandem lib. 1. de Trin. cap. 1. quem Ponceus imitatur disp. 18. cit. qu. 6. m. 59. n. 1. mittitur haec definitionem defendere, dicens, per substantiam intelligi substantiam completam, & ided excludit anima rationalis, item intelligi substantiam singularem & particularem, quod significatur per ly individua, quae particula significat etiam incommunicabilitatem, ided excludit Deitas; item per naturam rationalem accipit naturam intellectualem.

39 Verum si Suarez recte advertisset, non dixisset Scotum simpliciter improbase definitionem Boetii, quia etiam praedicatum definitionem sic simpliciter prolata non approbet, eam tamen recipit, & defendit exponendo illam, vel corrigendo per definitionem traditam à Riccardo 4. de Trin. c. 22. quae est, quod persona est intellectualis natura incommunicabilis existens ubi pro rationali ponitur intellectualis, pro individua incommunicabilis, pro substantia existentia, quae etiam pacto definitionem Boetii exponit Suarez. Hac itaque definitio optima est, quia ibi ponitur aliquid, ut genus, scilicet existentia, vel subsistentia, quae accipitur pro ente subsistente. Secundo ponitur aliquid loco differentiae non tamen specificae, vel ultimae, quia hoc convenit etiam supposito, & tale est incommunicabilis, tandem ponitur aliquid loco ultimae differentiae, licet penes connotata, scilicet natura intellectualis, per quod persona differt à supposito. Declarat vero Doctor incommunicabilitatem, quam dicit persona esse duplicem duplici incommunicabilitate oppositam, aliquid enim dici potest communiceabile, dupliciter, ut per quod quo supra superius dicitur communicari inferioribus, ita ut quodlibet fit in proprio modo ut quo sicut alicui communicatur forma, quia aliquid est tale secundum ipsam, sed non est ipsa, ut anima communicatur corpori, & utroque modo Deitas est communiceabilis, & neutro modo persona potest esse communiceabilis, sed utraque incommunicabilitas pertinet ad rationem personae, & ided anima non est persona, quia habet secundam incommunicabilitatem, exanimamandi sunt alii, qui eam explicant per aliquam incommunicabilitatem; quam de sua ratione formali suppositum, & personam importare ad omnes in composito.

40 Tercio, alii dicunt incommunicabilitatem, quam dicit suppositum formaliter, vel formaliter tribuere suppositivitas, esse incommunicabilitatem communicabilitati oppositam, quam dicit accidens, id est inaptitudinem ad inherendum alteri, velut subiecto; ita videtur sentire Suarez loc. cit. dum ait, unum ex praecipuis subsistentiae formalibus effectibus esse reddere naturam inde-

stens, qui tale, est substantia incommunicabilis, & personalitas, suppositivitas, vel subsistentia formaliter dicit incommunicabilitatem aliam; adeo, quod esse incommunicabile est effectus formalis, quem subsistentia, vel suppositivitas tribuit naturae, quam afficit; tota difficultas est in explicando, quibus sit illa incommunicabilitas, quamvis enim Scotus eam clarè expresserit. Recentiores tamen densissimas tenebras huic materiae suis speculationibus offuderunt.

ARTICULUS I.

Variis modis dicitur referuntur, ac reijciuntur.

40 PRIMO dixerunt aliqui rationem formalem subsistentiae consistere in collectione accidentium, & conditionum individualium, ad quod effectus formalis eius fit reddere naturam substantiam accidentibus, esse informatam, quae opinio tribuitur Henrico quod 3. q. 2. Aegid. in tract. de comp. Argent. 3. d. 6. quod 2. & videtur aperte consentire D. Th. 1. part. quod 1. 3. art. 3. Sic tamen dicendi modum passim reijcitur, quia subsistentia sicut aliquid modo ad complementum substantiae substantiae, quia ex eo praecise, quod materia, vel anima rationalis terminat actionem creativam, intelligitur independens à subiecto, creatio autem non est subsistentia; sed productio; ergo antecedenter ad subsistentiam intelligitur res à subiecto independens; licet hoc ratio sit efficacior praecedenti; adhuc tamen non videtur absolute convincere, quia etiam accidens absolutum, ut quantitas, vel qualitas actionem creativam terminare potest, si in se producat & non in subiecto, nec tamen hinc rectè inferatur esse subiecto independentem, sicut est substantia, quia adhuc aptitudinaliter saltem dependet ad illud. Dices saltem inferri independeniam aeternalem, quam habet ratione cuiusdam modi perfectiatis, quam Deus tribuit accidenti eo ipso, quod illud extra subiectum producit, vel conservat, ut patet in Sacramento Eucharistiae, ubi accidentia conservant extra subiectum per quemdam perfectiatis modum subsistentiae consilium; sed contra, quia falsum est accidentem in tali casu praesertim à Deo novum perfectiatis modum subsistentiae consistens, quia talis modus sibi repugnat, ut ostendit disput. 3. Phys. quest. 4. art. 1. sed illud in tali casu dicitur praecise creari, & actionem creativam terminare: quia non in subiecto produciuntur, qui est quidam perfectiatis modus merè negatus; non autem positivus, qualem importat independeniam substantiae ad subiectum, non ergo ex eo praecise, quod aliquid terminat actionem creativam, statim deducitur eius independeniam ad subiectum positive, qualis est independeniam substantiae, quia tunc accidens absolutum terminus creatiois nullo modo esse potest.

Idem Scotus disput. 18. quest. 6. num. 60. aliter impugnat, quia scilicet omnis substantia completa, five incompleta habet esse inaptitudinem ad inherendum; ergo non est superaddendum aliquid modum separabilem ab ipsa, ex qua illa inaptitudo formaliter proveniat; consequentia patet, probatur antecessus, quia si per impossibile poneretur humanitas absque aliquo modo separabilis habere illam inaptitudinem; secundo, quia accidens ex se habet aptitudinem ad inherendum abique modo superaddito, ergo e contra substantia non indiget modo distinctivo, ut dicitur in aptitudine ad inherendum. Neque haec ratio rectè procedit, quia hic non est sermo de independeniam substantiae aptitudinali à subiecto; hanc enim concedit omnes non convenit substantiae per modum distinctum sed per propriam entitatem, sicut e contra opposita dependetia aptitudinalis à subiecto convenit etiam accidenti per propriam entitatem, sed sermo est de independeniam aeternali, & Auditor huiusmodi die endi dicitur hanc haberi in substantia per modum distinctum, qui dicitur subsistentia, sicut e contra in accidente dependetia actualis à subiecto habetur per modum inhereniam superadditum, & distinctum. Itaque improbandum est hic dicendi modus ex dictis quod 1. praeced. concl. 2. numer. 24. quia nempe substantia aeternali per se existit per quemdam existentiae modum à substantia distinctum, eique intrinsecum, ea realiter identifficatum, quae realis identitas ex eo deducitur, quia nec per Dei potentiam potest unquam substantia inherere subiecto, unde eandem eandem Christi humanitas, quamvis sit in Verbo, non tamen est in eo, velut in subiecto accidens vero absolutum inheret per modum inherens distinctum, quia de potentia Dei absoluti potest esse tali modo reperiri, ut in Eucharistia constat, quam tandem improbandum etiam Ponceus adhibet, ut instantium modo factam contra eius rationem evadat.

41 Secundo, dixerunt alii effectum formalem subsistentiae esse reddere naturam potentem operari, quia scilicet subsistentia est ratio operandi, vel saltem conditio omnino requisa ad operandum, quia actiones sunt suppositorum, ita Recentiores nonnulli apud Arriaz. loc. cit. Hic quoque dicendi modum communiter reijcitur, & quidem primo ea generali ratione, quia subsistentia, ut sic, necessario importat aliquam incommunicabilitatem, de qua nullam mentionem facit haec explicatio. Deinde falsum est, subsistentiam fieri in positivo, five in negativo ponatur consistere, esse rationem ageti, vel conditionem aded necessariam requisitam, ut natura sine illa operari non possit, si posset sine illa exilire, ut infra patebit in proprio quae sito; itaque his, & aliis dicendi modis relictis, in explicanda ratione formali subsistentiae, vel eius formali effectu, non vram ab incommunicabilitate desumunt, vel omnino improbabili incommunicabilitatem; quam de sua ratione formali suppositum, & personam importare ad omnes in composito.

Tercio, alii dicunt incommunicabilitatem, quam dicit suppositum formaliter, vel formaliter tribuere suppositivitas, esse incommunicabilitatem communicabilitati oppositam, quam dicit accidens, id est inaptitudinem ad inherendum alteri, velut subiecto; ita videtur sentire Suarez loc. cit. dum ait, unum ex praecipuis subsistentiae formalibus effectibus esse reddere naturam inde-

pendentem à subiecto inhazionis. Hic quoque dicendi modus passim displicet, & ab Arriaz. disp. 4. Met. lect. 8. nu. 48. ita reijcitur, quia dependeniam à subiecto inhazionis in se convenit etiam substantiae, siquidem dependeniam accidentis à subiecto in se non differt à dependeniam formae materialis substantialis ab eodem subiecto, etiam si una vocetur inhereniam, alia non; neque enim minus dependet forma substantialis, quam accidentialis; ergo subsistentia, quae est propria substantiae, nequit in tali independeniam, à subiecto inhazionis consilium. Haec ratio falsum assument in antecedente, quia dependeniam ab alio, ut à subiecto inhazionis, directè repugnat substantiae, ut distinguitur ab accidente, & quamvis forma substantialis materialis in suo esse, & fieri à materia dependeat, sicut accidens, adhuc tamen verum est non esse in materia per inhazionem, nec adhuc tantam esse dependeniam formae substantialis à materia, quanta est accidentis à subiecto, quia hoc in suo esse dependet ab alio alterius generis, non autem forma substantialis, ut declaratum est 9. v. huius disp. nu. 19. & 22. Ovid. controv. 4. Met. punct. 3. nu. 4. cum Eminentissimi de Lugo cit. 3. 1. improbant hunc dicendi modum, quia etiam ab ipsa propria subsistentia, manet res independens à subiecto, ergo hanc independeniam aliunde habet, quam à subsistentia; antecessus probant, quia ex eo praecise, quod materia, vel anima rationalis terminat actionem creativam, intelligitur independens à subiecto, creatio autem non est subsistentia; sed productio; ergo antecedenter ad subsistentiam intelligitur res à subiecto independens; licet hoc ratio sit efficacior praecedenti; adhuc tamen non videtur absolute convincere, quia etiam accidens absolutum, ut quantitas, vel qualitas actionem creativam terminare potest, si in se producat & non in subiecto, nec tamen hinc rectè inferatur esse subiecto independentem, sicut est substantia, quia adhuc aptitudinaliter saltem dependet ad illud. Dices saltem inferri independeniam aeternalem, quam habet ratione cuiusdam modi perfectiatis, quam Deus tribuit accidenti eo ipso, quod illud extra subiectum producit, vel conservat, ut patet in Sacramento Eucharistiae, ubi accidentia conservant extra subiectum per quemdam perfectiatis modum subsistentiae consilium; sed contra, quia falsum est accidentem in tali casu praesertim à Deo novum perfectiatis modum subsistentiae consistens, quia talis modus sibi repugnat, ut ostendit disput. 3. Phys. quest. 4. art. 1. sed illud in tali casu dicitur praecise creari, & actionem creativam terminare: quia non in subiecto produciuntur, qui est quidam perfectiatis modus merè negatus; non autem positivus, qualem importat independeniam substantiae ad subiectum, non ergo ex eo praecise, quod aliquid terminat actionem creativam, statim deducitur eius independeniam ad subiectum positive, qualis est independeniam substantiae, quia tunc accidens absolutum terminus creatiois nullo modo esse potest.

Idem Scotus disput. 18. quest. 6. num. 60. aliter impugnat, quia scilicet omnis substantia completa, five incompleta habet esse inaptitudinem ad inherendum; ergo non est superaddendum aliquid modum separabilem ab ipsa, ex qua illa inaptitudo formaliter proveniat; consequentia patet, probatur antecessus, quia si per impossibile poneretur humanitas absque aliquo modo separabilis habere illam inaptitudinem; secundo, quia accidens ex se habet aptitudinem ad inherendum abique modo superaddito, ergo e contra substantia non indiget modo distinctivo, ut dicitur in aptitudine ad inherendum. Neque haec ratio rectè procedit, quia hic non est sermo de independeniam substantiae aptitudinali à subiecto; hanc enim concedit omnes non convenit substantiae per modum distinctum sed per propriam entitatem, sicut e contra opposita dependetia aptitudinalis à subiecto convenit etiam accidenti per propriam entitatem, sed sermo est de independeniam aeternali, & Auditor huiusmodi die endi dicitur hanc haberi in substantia per modum distinctum, qui dicitur subsistentia, sicut e contra in accidente dependetia actualis à subiecto habetur per modum inhereniam superadditum, & distinctum. Itaque improbandum est hic dicendi modus ex dictis quod 1. praeced. concl. 2. numer. 24. quia nempe substantia aeternali per se existit per quemdam existentiae modum à substantia distinctum, eique intrinsecum, ea realiter identifficatum, quae realis identitas ex eo deducitur, quia nec per Dei potentiam potest unquam substantia inherere subiecto, unde eandem eandem Christi humanitas, quamvis sit in Verbo, non tamen est in eo, velut in subiecto accidens vero absolutum inheret per modum inherens distinctum, quia de potentia Dei absoluti potest esse tali modo reperiri, ut in Eucharistia constat, quam tandem improbandum etiam Ponceus adhibet, ut instantium modo factam contra eius rationem evadat.

42 Quarto, dicunt alii incommunicabilitatem, quam assert subsistentiae naturae singulari, esse incommunicabilitatem per modum partis in ordine ad totum essentiale, vel integrale; Favor Scotus quod 9. ab initio, si de secundis, ubi ait illud dici per se subsistentis subsistentiae proprie dicta, de qua hic loquimur, quod habet dualitatem ultimam, ita quod non est per se ordinabile ad aliquid actum simpliciter ultra ipsum, quem habet, qui quidem adus inferior simpliciter est eius effectus per se. Hoc restant alii, qui etiam partes substantiales in composito habent propriam subsistentiam, & tamen adhuc communicantur, & aliis comparibus uniantur ad constituendum totum; & quando id negaretur de illis, dum sunt quod in composito totum, & quando id negaretur de illis, dum sunt extra compositum, scilicet de anima, & corpore separatis, tunc enim habent propriam subsistentiam, & tamen unum est ordinabile ad aliud, & ambo ad totum